





1776, 3  
10  
*1777*  
*1778*

DISSERTATIO IN AVGVRALIS

DE

PRIVILEGIO  
PECVNIAE HEREDITARIAE  
CREDITORVM IN CONCVRSV

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO DVCE AC DOMINO

D O M I N O

C A R O L O A V G V S T O

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM ANGARIAE  
ET GVESTPHALIAE, REL.

EX DECRETO ILL. IVRISCONSULTORVM ORDINIS

P R A E S I D E

C A R O L O F R I D E R I C O W A L C H I O

IVR. DOCT. COD. AC NOV. PROF. PVBL. ORD. SERENISS.

DVC. GOTHAN. ET ALTENBURG. CONSILIAN. AVLIC.

CVR. PROVINC. SAXON. COMMVN. AC IVRECONS. ORDINIS

NIS ADSESS. SCABINOR. COLL. SENIORE SOCIET. LAT.

IENENSIS EPHORO ET FLORENTINAECOLVMBARIAE

DVISB. AC BREMENS. LITTER. COLLEGA

PRO

IVRIVM DOCTORIS DIGNITATE

D. XIV. OCT. CCCCCCLXXVI.


P V B L I C A E E R V D I T O R V M D I S Q V I S I T I O N I

S V B M I T T I T A V C T O R

I O . H E N R I C . M V N D I V S

B R V N O V I C E N S I S .

I E N A E  
EX OFFICINA STRAVSSII.





DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>I</sup>O IN AVGVRALIS  
DE  
PRIVILEGIO  
PECVNIAE HEREDITARIAE  
CREDITORVM IN CONCVRSV.

§. I.

S i paullo curatius ea perpendimus, quae de pecunia numerata prudentes atque in his inscriptis LVDER. MENCKE a) AC IO. BERNH. FRIES b) tradunt: multa quidem verba faciunt ac profert quoque, quod est perutile atque in foro saepenumero in disceptationem vocatur: tantum tamen abest, ut in scriptis horum iurisconsultorum omnia ea deprehenda-

A mus

a) diff. de pecunia hereditaria, tiones iuridicas, p. I.  
Quam Lips. CIOIOCLXXXII. defendit, Translata est eius inter disserta- b) diff. de pecunia hereditaria, Lenes CIOOCCLVIII.

mus, quae de eiusmodi debitis eorumque natura scitu sunt necessaria; vt plura potius existant, quae proorsus ab ipsis silentio sunt praeterita; vel minimum maius lumen desiderant. Quum vtriusque iurisperiti aetas ea in tempora incideret, quibus is, qui de iure disputaret, officio suo satisfecisse se arbitraretur, si ad verba magis; quam rem respiceret: quaestiones proponeret superfluas et quicquid tradiceret, iure ex Romano, tamquam unico ex fonte hauriret, iniuriam his hominibus, alioquin litteratissimis, haud facimus; neque superuacanei operis culpam veremur, si iam attentius priuilegium hoc contempleremur. Eo ordine id peragamus, vt, eruta illius origine: ipsius deinde pecuniae hereditariae notionem euolumus atque eius iura genuina exponamus hisque traditis, illorum usum simul demonstremus forensem.

## §. II.

QVVM antiquiore potissimum aetate fines iurium patrimoniorum aequae ac peregrinorum saepissime ita perturbarentur, vt nonnunquam difficile sit definire, qnid ex his quidue ex illis descendat: dissidium reperitur inter iurisconsultos in quaestione, vnde origo priuilegii nostri sit repetenda? Ii, qui primum pecuniae hereditariae mentionem faciunt, eiusue notionem determinare student, sunt Saxones, videlicet IACOB. SCHVLTES c), DAN. MOLLERVUS d), BENEDICT. CARP-

ZOVII

c) not. ad Mod. Pistoris ill. quaest. 124.  
fitionum iuris com. Saxon. part. III. d) libr. I. femestr. cap. 26.

DE PRIVIL. PECVN. HERED. CRED. IN CONCVRSV 3

ZOVIVS *e*), CHRIST. .PHIL. RICHTERVS *f*) atque alii; sed haud declarant, quid de origine huius priuilegii statuant. Legem quidem iuris Romani, ex qua illud deriuandum sit, haud allegare audent ac singuli solum ad constitutionem Saxoniam prouocant, de qua infra loquamur; minime tamen per id significant, Saxonum saltem proprium hoc esse priuilegium. Per id ductus est, vt quidem opinantur, IO. BRVNNEMANNVS *g*) in sententiam, illud in iure Romano esse fundatum, quum id ea inter creditorum iura referre haud dubitaret, quae iure obtineant communi. Eum sequuti sunt GEORG. AD. STRVVIVS *h*), ac IAC. FRID. LVDOVICI *i*) atque in primis AVG. LEYSERVVS *k*): alii vero aliam in sententiam discesserunt ac, solum iure ex Saxonico id esse deducendum, putarunt. HENR. HAHNIVS *l*) illud iam monuit. WOLFG. AD. LAVTERBACHIVS *m*) tacite declarat, id ipsi placere, quum eos, quibus pecunia debetur, hereditaria, in primam classem creditorum haud scribit; clarius vero HAHNI sententiam adprobant DAV. MEVIVS *n*), IO.

A 2

BERNH.

- e) iurisprud. forens. German. part. 1) obseruat. theor. practic. ad We-*  
1. const. XXVI. def. 56. *sembeccii libros L. dig. pars. posterior.*  
*f) de iure et priuilegiis creditor. p. 754.*  
diput. v. membr. VII. p. 130.  
*g) de processu concursus creditorum, cap. v. §. 21.*  
*h) synt. iuris ciuilis, ex. XLIV. 2) coll. theor. practic. tom. III.*  
§. 47. tom. III. p. 255. *libr. XLII. tit. V. p. 407. Imitatur*  
*i) Einleitung in den Concurspro-* *eum CHRIST. GOTTL. GMELIN,*  
*ces, cap. IO. §. 26. p. 65.* *in der Ordnung der Glaubiger Vlm*  
*j) med. ad pand. spec. 483. med. III. tit. I. art. XII. num. IS. p. 507.*  
I. tom. VII. p. 500. *CIOCCCLXXIV.*  
*k) med. ad pand. spec. 483. med. III. tit. I. art. XII. num. IS. p. 507.*

BERNH. FRIESE <sup>o)</sup> et V. C. IO. ANDR. HOFMANNVS <sup>p)</sup>. His  
reuera haud aduersatur LVD. MENCKE, et si originem pecu-  
niae hereditariae ex iure naturali, ciuili ac Germanico dedu-  
ci posse putet: immo nec abhorrire statuimus eadem ab sen-  
tentia FRID. ES. PVFENDORFIVM <sup>q)</sup> ac AVGVSTINVM DE  
BALTHASAR <sup>r)</sup>, quum coheredi quidem debitoris priuile-  
gium quoddam iure communi tribuendum censem; sed non  
illud ipsi tribuunt, quod Saxonici in primis iurisperiti ei adsi-  
gnant.

## §. III.

EXTRA omnem dubitationem est positum prius priuile-  
gium, de quo disputamus, cogitari haud posse; quam si in cor-  
pore bonorum debitoris obaerati praedium reperiatur, quod ad il-  
lum ex diuisione hereditatis ea lege peruenit, vt ad partem pretii  
illius coheredi certo tempore soluendam sese obligaret ac pro-  
missio huic nondum satisfecerit; vbi autem id euenit, cohe-  
redi quidem vindicatio praedii illius haud permittitur ac lo-  
cus potius inter creditores adsignatur; inter illos tamen omni-  
bus creditoribus hypothecariis praefertur atque in primam  
scribitur classem. Haec quum vera indoles est illius priuile-  
gii, vti infra copiosius monstrabimus: iure meritoque, illud

ex

<sup>o)</sup> diff. de pecunia hereditaria; <sup>q)</sup> obseruat. iuris uniuersi, rom. I.  
sibef. II. p. 4. <sup>r)</sup> obf. 193. p. 284.  
<sup>p)</sup> in der teutschen Reichspraxi; <sup>r)</sup> de classificatione creditorum in  
rom. II. cap. LVIII. §. 1278. p. 83. concursu, part. I. p. 21.

DE PRIV. PECVN. HERED. CRED. IN CONCVRSV 5

ex iure Romano haud descendere, statuimus. Si paulo curatius ea perpendamus, quae iura Romana de ordine creditorum iubeant: duplex saltem constituebatur creditorum genus, quorum alterum eos, quibus pignus competeret: alterum autem illos, qui isto essent destituti, comprehendenderet. Quum in his reperirent, quos alii praeferri, aequum ipsis videretur, iis priuilegium exigen-  
di s) tribuebant ac sub nomine priuilegiariorum t) reliquis creditoribus chirographariis praeferebantur. Plures sunt, qui eiusmodi priuilegio essent praediti, videlicet is, qui ad refectionem aedium credidit v), is, qui habet actionem funerariam x): deponens y), vxor z), pupillus a) aliquie; coheredi autem id ob pecuniam hereditariam, quam obaeratus debitor ipsi, vti debuit, nondum praefestit, id non tribuitur, et ad id accedit, quod si quoque coheredi horum in creditorum pri-

- 3) L. 34. §. I. D. quibus in cauffis  
 pignus, L. 25. D. de R. C. ac L. 1.  
 D. de cessione bonor. Vocatur quo-  
 ne priuilegium per eminentiam, L.  
 24. D. de iur. dor. L. 10. D. ad mu-  
 nici. L. 10. D. de cess. bonor. L. 58. §.  
 vlt. D. mandat. vti animaduertunt  
 BARNAB. BRISSON, de verbor. si-  
 gnificari. libr. xiv. p. 1121. 10.  
 ORDVIN. WESTENBERGIVS. diu-  
 marco, diff. XLI. p. 359. 10. DE  
 BACK, ad L. 1. D. in quibus cauff.  
 pignus. cap. IIII. in GERM. OEL-  
 RICHSTH. diff. Belgicar. vol. I. rom.  
 III. p. 92. atque ali.  
 4) L. 10. D. qui por. in pign. ac  
 L. 3. D. quod cum eo qui in alien.  
 per.  
 v) L. 1. D. quibus in cauffis pi-  
 gnius conf. 10. DE BACK, loc. cit.  
 ac PRAESES diff. de priuilegio pecu-  
 niae in refectio[n]em acium creatariae,  
 Ienae, C1010C1XXI.  
 x) L. 17. D. de rebus auctior. iud.  
 poss.  
 y) L. 14. de rebus auctior. in d.  
 poss.  
 z) L. 17. D. eiusd. tit.  
 a) L. 19. D. bi. t. PRAESES de pri-  
 uilegio pupilli L. 19. D. de rebus  
 aucti. iud. poss. eius heredi denegato,  
 Ienae C1010CCLXVIII.

uilegariorum censum esset scriptus, per id priuilegii memorati compos haud factus fuerit, propterea quod secundum ius Romanum creditores hi chirographarii, siue sint simplices; siue priuilegiati, omni discrimine ac dele&tū remoto, cedere deberent creditoribus hypothecariis: ii, qui pignore haud essent muniti et nihilominus omnibus creditoribus hypothecariis praesarent, Romanis prorsus essent incogniti atque illi classem, quae in foro sub nomine primae occurrit, plane ignarent. Clare hoc testantur DIOCLETIANVS et MAXIMINIANVS, quum scribunt b) unde squidem debitoris tui ceteri creditores pignori res acceperunt, potiores eos, quam te chirographarum creditorem haberi non ambigitur; longe clarius vero alio in loco c): eos qui acceperunt pignora quum in rem actionem habeant PRIVILEGIIS OMNIBVS, quae personalibus actionibus competit, praeferrī constat. Rem tam viuērē atque euidenter enunciant, vt nobis non opus sit probatione quadam; neque aliud concludi potest ex loco, qui adsignari solet sumtibus funeris, sōstro medici, mercedi famulorum, tributis oneribusque aliis realibus. Quae iura fisco competit intuitu tributorum, nituntur in pignore tacito qualificato d).

Ea,

b) L. 6. C. de bonis iud. auctor. publ. perf. PAVL. SCHMIDT  
poss.

c) L. 9. C. qui pot. in pignore. DIVS, de iure praelectionis fisco in-

d) L. 1. C. in quib. causis pign. titiu tributorum praे creditore hypo-

thecario cuius simul pecunia fundus

vel hypothec. ac L. 1. C. si proper est adquisitus, competente, Ien. CIO

100 CLX.

DE PRIV. PECVN. HERED. CRED. IN CONCVRSV 7

Ea iura quae sibi adrogant famuli, medici ac domini debitoris diretti, ex legibus Romani deriuari haud possunt, quemadmodum de medicis belle ostendit consultissimus HASENTIENVS e) ac de reliquis infra demonstrabimus; is vero, qui impensam funeris repetit iure ex Romano priuilegium quidem habebat exigendi; minime vero creditoribus hypothecariis proferendus erat. Si iurisconsultus solummodo dicit f): *impensa funeris, semper ex hereditate deducitur, quae etiam omne creditum solet praecedere, quum bona soluenda non sint*: sub hoc credito solum credidores intelligit personales, vti recte animaduertit ERNEST. CHRISTIAN. WESTPHAL g).

§. IV.

SENTENTIA, quam amplexus sum, impugnari haud potest argumento, quo vtitur vir summus, AVG. LEYSER VS h), quum priuilegium pecuniae hereditariae iure ex Romano deriuare studet. Coheres, inquit, sine dubio quamdui hereditas individualia iacet, partis suae dominus est. Id dominium tunc, quum in diuisione praedia hereditaria alteri addici, ac sibi contra annu-

1560. RVD. CHRIST. HENNE, f) L. 45. D. de religiof.  
de iure fisci, Erford. 1560. g) in dem Versuch einer Systemati-  
et per ill. IO. AVG. HELLEFELD, schen Erleuterung der saemtl. Rom.  
diff. de hypotbeca fisci praeferunt in Gesetze vom Pfandrecht, cap. VII.  
bonis post contrahendum quaesitis, cap. I. §. 147. p. 211.  
§. xii. in eius opusculis, p. 241. b) spec. CCCCLXXXIII. med. I.  
e) diff. de priuilegio medici credi- vol. VI. p. 500.  
torum in concursu, Ienae, 1560.

annuam pensionem, astem; vel simile quid stipulatur, trans-  
fert quidem in coheredem, non tamen per venditionem, quae  
in divisionibus hereditariis non praesumitur; L. 34. famil. er-  
ciscund. sed per contraclum innominatum do ut facias, do ut  
des. Ergo siis, qui praedia suscepit, modum adiectum non implet,  
addicens utilem vindicationem: seu ut ea in L. 1. C. de donat.  
quae sub modo explicatur, actionem, qua dominium pristinum filii  
restituatur. Memoratu profecto dignum est, quod impera-  
tores VALERIVS; et GALLIENVS i) in constitutione a LEYSERO  
memorata ordinarent. Haud quidem statuere audeo, illos  
principes vocabulum vindicationis sensu sumere improprio,  
quum illam probe distinguunt a conditione illa; sive actione  
in personam, qua non minus donator, qui factam donationem  
impugnare vult, uti potest; merito tamen animaduertendum  
est, legis rationem ex sententia iurisconsultorum magni no-  
minis in alimentis, quae donatarius donatori promiserat eo-  
rumque fauore esse querendam ideoque rei vindicationem  
donatori, qui res donatas recuperare vult, eo demum casu  
si liberalitatem hanc, vt donatarius ipsi alimenta praefest,  
exercuit; sed, quod intendit, haud consequitur, tribui. Pro-  
babilem esse coniecturam hanc, ab ANTON. PEREZ k),  
IO. BRVNNEMANNO l), DIDACO COVARRVIA m) ac

FRAN-

i) L. 1. C. de donat. sub modo.

k) praeclect. in cod. libr. VIII, tit.

55. p. 123.

l) ad L. 1. C. de donat.

m) lib. I, varior, cap. 14.

DE PRIV. PECVN. HERED. CRED. IN CONCVRSV. 9

FRANCISCI MANTICA <sup>n)</sup> adprobatam, vel minimum partim ex voculis *in hoc casu* in hac lege non sine causa bis repetitis; partim ex eo, quod claris verbis adiiciatur, diuinos principes in hoc casu vindicationem dandam esse sanctisse, colligendum est; ubi vero quoque concedere vellemus, ea, quae de donatione alimentorum causa inita sancta sunt, ad omnem donationem sub modo factam extendi posse, usque eo cum LEYSERO progreedi haud licet, ut, contractu innominato, do ut des inito, eum, qui rem alteri dedit, illius dominum manere, atque istam rei vindicatione repetere posse ob modo laudatam legem statueremus. Hoc si affirmare vellemus: sententiam adoptaremus, quae cum claris iuris locis pugnaret, quum isto in casu ei, qui contractum innominatum impleuit *actionem causa data, causa non secuta o*) tribuunt; per id autem ipsi rei vindicationem, quae non; nisi a domino potest institui, denegant *p*). Etsi itaque LEYSERO libens concedere possimus, negotium, quo unus coheres alteri praedium quoddam in divisione ita relinquit, ut alter ad dandum quid; vel faciendum sese obliget, maiori iure contractum vocari innominatum; quam emtionem venditionem; iure tamen meritoque negamus, coheredem, qui saltim iure frui-

B

tur,

<sup>n)</sup> de tacit. et ambig. conuent. libr. ill. 10. LVD. SCHMIDIVS, in dem  
xiii. iii. 44. tom. ii. p. 102. Lehrbuch von Klagen, part. II.  
<sup>o)</sup> STRVVIS, ex. XVIII. §. 1. p. 740.  
sqq. IVST. HENN. BOEHMERVS,  
de action. sect. II, cap. 5. §. 22. et p) MULLEKVS ad Struu.

tur, poscendi intra tempus determinatum quamdam summam ob eiusmodi praedium, retinere suum condominium ex sententia iuris Romani hocque nomine aliis creditoribus esse preferendum.

S. V.

HAEC quum ita se habeant: tantum abest, vt priuilegium pecuniae hereditariae iure ex peregrino deducamus; vt illud potius in patria nostra natum esse censeamus atque eius originem ex antiquissimis illius institutis repetendam dicamus. Ante omnia monere nos oportet, illum longe falli, qui ius, quod in Germania de ordine creditorum obtinet, commune, legibus saltem Romanis constare sibi persuadeat. Magnam illius partem ex ipsis Quiritum institutis esse desumtam, concedere hand dubitamus; nihilominus in doctrina de concursu, vii multis aliis in capitibus, factum est, vt principia quoque iuris patrii sese conseruarent, vii ex naufragio tabulae ac cum legibus Romanorum miscerentur. Facili negotio comprobare id possumus ac solum ad iura mercedis famulorum aequae ac onerum realium, censuum ac laudemiorum, quae dominiis debentur directis prouocare licet. Extra dubitationem est positum, famulos in vniuersa Germania creditoribus hypothecariis praeferrri iisque locum in prima adsignari classe. Testantur id IO. MICH. BEVTHERVS q) DAV. ME-  
VIVS P) FR. ES. PVFENDORFIVS) GE. LVD. BOEHMER P) AVG.

Ex. XVIII. §. II. ngt. B.

g) consultation, et respo

praelationis, cap. 29. p.

r) comm. ad ius Lubec

III. fig. I, art. II. D. 4

卷之三

1000

#### **What's Next?**

DE PRIV. PECVN. HERED. CRED. IN CONCVRSV II

DE BALTHASAR v) Illucilenter; verum enim uero ne syllaba  
quidem iure in Romano reperitur, quae ipsifaueret, vt ipse  
BRVNNE MANNVS x) satetur. Priuilegium hoc potius ex an-  
tiquo nostratium deriuandum est instituto, quod in vtroque  
speculo Saxonico pariter ac Sueuico legitur. s A X O scribit y):  
*Von dem erbe sal man allererft gelden dem ingesinde ir verdin-  
telon, als in geburet biz an den tag daz ir herre stärb: sve-  
vvs z)* autem, quod probe notandum est, eadem tradit  
verba. Quum in vtroque speculo, vti nec tironem fugit,  
ius Germanicum vniuersale medii aeui comprehendetur:  
nemini mirum esse debet, quid sit, quod in celeberrimis illis  
statutis, HAMBVRGENSI a), LVBE CENSI b) aequae ac ROSTO-  
CHIENSI c) quae principia iuris Germanici in ordine, credito-  
ribus adsignato, in primis retinuerunt, hoc modo famulis prospe-  
ctum sit; ego vero abiis, qui iuris saltem veteris Saxonici princi-  
pium esse putant, discedam ac potius eas inter consuetudines,  
quae vbiique quandam in Germania obtinuerunt et in vniuer-

B 2

fa

v) lic. memorat.

x) de processu concursus cred. cap.  
v. §. 16.

y) libr. I. art. 27. p. 62. ed.

GAERTNERI.

z) cap. 267. in corp. iuris Ger-  
manici SENCKENBERGII, tom. II.  
P. 316.

a) stat. Hamburg. part. II. tit. V.  
§. 5. So sollen doch dieselben, scilicet  
famuli, nach vbraltem Rechte vnd  
Gewohnheit dieser Stadt in demselben

ihrem Dienstgeld oder Lobn allen an-  
dern Creditoren mit Bezahlung für-  
geben.

b) libr. III. bisf. I. art. II. Ein  
Iahr Rente, ein Iahr Hure, ein Iahr  
Dienstlohn — — geben vor allen Schul-  
denern auch den priuilegirten zum  
Vorau.

c) part. III. tit. I. art. 24. De-  
scripta ibi sunt ad verbum, quae in  
iure LVBE CENSI hac de re sunt causa.

sa Germania feliciter sunt conseruatae, referam. Scimus porro, non solum in Saxonia; sed etiam in terris, in quibus ius viget commune, oneribus realibus, quae praeter tributa obaccratus debitor praestare debuit, locum in prima classe adsignari, omni delectu remoto; nec distingui, utrum princeps; an priuatus ea poscat d). Falleretur ille, qui legibus ex Romanis priuilegium hoc deducere velleret, quum illa dominis directis, ut sciret monet CAR. HENR. GEISLERVS e) clare repugnant; sed deriuandum illud potius ex iure Germanico ac in primis particula illa dominii, quae domino censu ex sententia legum patriarcharum competit quaeue ipsi facultatem, censem poscendi tribuit.

## §. VI.

EX his, quae tradidimus, satis superque vel minimum liquet, potuisse quoque priuilegium pecuniae hereditariae oriiri ex moribus institutisque maiorum nostrorum: illud autem reuera ex iis esse deriuandum, concludimus partim ex condonatio illo tacito, quod secundum ius Germanicum facta quoque diuisione, intuitu praediorum vni coheredi adiudicatorum reliquis tribuitur; partim ex eo, quod saltim memoratum

ius

d) IO. BRVNNEMANNVS, de processu concursu credit, cap. V. §. 10.  
Ecessu concursus credit, cap. V. §. 10.  
e) diss. de hypotheca racita domi-  
FAC. FRID. LUDOVICI, in der ni ex causa canonis emphyteutici, Ex-  
Einleitung in den Concursprocess, cap. langae c 1510 CCLXXVI.

DE PRIV. PECVN. HERED. CRED. IN CONCVRSV 13

ius in rebus immobilibus exerceatur, quae ex hereditate communi ad debitorem peruenierunt obaeratum ac partim iis ex legibus, quibus primum publice est confirmatum. Si oculos ad condominium coniicimus: hospitem clare ac peregrinum in iuribus germanicis eum esse oportet, qui veteri aequo ac media aetate condominium hoc negare vellet. Memoratu profecto est dignum, quod TACITVS f) de successione tradit: si liberi non sunt, proximus gradus in possessione, fratres, patrui auunculi. Nos non fugit, irrepsisse nonnullis in editionibus in locum possessione vocabulum successione manu' forsan hominis, qui principia iurium nostrorum plane ignoraret, hacque audacia effatum hoc priuari probandi virtute, quam ei tribuimus g). Locum hunc, vti eum exhibuimus, exhibent optimae notae codices; quo vero posito, iam TACITI aetate possessio saltem in diuisione transibat ad proximum, ac dominium toti relinquebatur familiae. Idem adfirmsat CAESAR b); media autem aetas clara nobis suppeditat documenta, ex quibus condominium hoc clare adparet. Licet diuisio rerum hereditiarum isto tempore haud esset incognita atque in illa praedia hereditaria mox ad vnum: mox ad alterum transirent: trahuebant tamen singulis liberis, haud separatis, in bonis pa-

B 3 rentum,

f) de mor. Germanor. cap. xx. recht, et quidem der Geschichte des

g) LIPSIUS: PLCHONIVS atque sellen, cap. 11, §. 4. p. 19.

ERNESTI legunt possessione: conferas PRAESIDEM in dem Naber.

rentum, viuis iis, compositionem *i*). Haud permittebant ei, qui ex hereditate communi quidquam sibi adquisuerat, vt id sine consensu coheredum suorum alienaret; sed legibus hoc plane id interdixerunt *k*) ac per id effecerunt, vt qui quidquam ad alios transferre vellet, consensu heredum suorum sese miniret *l*) hocque neglecto haud impedire posset; quo minus coheredes alienationem impugnarent *m*). Quamuis artibus

cleri-

*i*) diuidebantur hanc in rem liberi in eos, qui sunt in possessione atque eos, qui in illa haud existiterunt die Kinder die in der Webre sind, vnd die nicht in derselben sind, IO. CAR. HENR. DREYER, in der Sammlung vermischter Abhandlungen, tom. I. p. 93.

*k*) Spec. Saxon. libr. I. art. 9. 21. 31. 34. et 52. Weichbildum Magdeburg. art. 56. et 61. Spec. Suevic. cap. 308. et cap. 379. ius feud. Longobard. libr. II. cap. 3. §. I.

*l*) innumerae extant chartae medii aevi, quae consensu coherendum in alienationem rerum immobilium dati mentionem faciunt: ex iis solum iam nominamus ea diplomata, quae apud SCHATENIVM, annal. Paderbor. nensis ad ann. 1265. p. 168. IO. PE. DE LUDWIG, reliquissimam script. tom. IIII. p. 31. 36. 43. 68. 74. 119. et 123. IO. BVRC. MENCE, scriptor. rerum Germanicar. zom. I. p. 688. et 692. IO. MARTIN. SCHAMELIVM, in Thuringia sacra, p. 68. 93. 95. ERN. IOACH. WEST-

PHALEN, scriptor. rerum Germanicarum, tom. I. p. 2286. 2288. 2295. tom. IIII. p. 279. tom. IV. p. 948. 973. 3076. 3355. 3404. fqq. VAL. FERD. DE GVDENVS, cod. diplomatico, tom. I. p. 98. 105. 154. 315. tom. IIII. p. 695. STEPHAN. ALEX. WVRDTWEIN, subsiliis diplomaticis, tom. IIII. p. 248. CHRIST. SCHOETTGEN ET GEORG. CHRIST. KREYSIG diplomaticar. et scriptor. historiae Germanicae med. aevi, tom. II. p. 371. leguntur. Ceterum hoc de consensu coherendum videndi sunt ill. BERNH. FRID. LVD. LAVHN, in memoria retractus gentilicij medio aeuo visitati, Vinar. CIDICXXXVIII. perill. IO. AVG. HELLFELD, dis. de restringa illustrum alienandi facultate maxime quoad allodia auita, §. VIII. et IO. GEORG. HALTAUS, glossario germanico, p. 363.

*m*) Colligendum hoc est ex quibusdam formulis, quas instrumentis veteres inferendas curarent. Si heredes haud soliti fuissent, alienationes sine illorum consensu factas impugnare

DE PRIV. PECVN. HERED. CRED. IN CONCVRSV 15

clericorum testamenta introducerentur, quae in Germania quondam essent incognita, vsque eo ipsorum vſus haud exten-debatur, vt de bonis eiusmodi hereditariis in illis quidquam disponeretur <sup>n)</sup> ac si ea dominus extraneo post mortem suam destinasset, necesse fuit, vt illum in ipsorum possessio-nem, dum adhuc viueret, mitteret <sup>o)</sup>. Arctioribus quidem li-mitibus circumscripturn hoc condominium esse recentiori aeta-te, postquam ius Romanum introductum est, nullo modo ne-gare possumus; minime tamen opinari debemus, illud pla-ne esse extinctum. In feidis prorsus adhuc viget; neque ve-ro minus in allodiis certa ratione <sup>p)</sup>. Quum illustres semper

optimi

pugnare haud legeretur in quadam instrumento apud auctorem veterum formularum, in STEPH. BALVZII capitular. reg. Francor. tom. II. p. 446, et sifuerit aut ego ipse; aut alius de heredibus meis, vel quislibet, qui contra conditionem hanc aliquam ca-lumniam; vel repetitionem generare praefunferit, contra cui litem inrule-rit, solidos quindecim componat et hacc venditio firmata permanear; neque DA-VID DE MAMINDORF in charta, A CAROLO MEICHELBECKIO, in hi-storia Frisingensi, tom. I. part. II. p. 30. vulgata, hoc cauifet: Et sequis de heredibus meis, aut fratres mei, quod fieri non credo, aut quislibet oppoſita persona, qui contra hanc donationem venire aut frangere voluerit, in pri-mis iram dei omnipotens incurrat ab omnibus sanctis excommunicatus

existat et haec donatio nibilominus fir-ma permaneat et ille anathematus sit ab omni communione christianorum.

<sup>n)</sup> IO. GOTTL. HEINECCIVS, de testamentis factiōnē certis limitibus circumscripta, Hal. c1510 CCXXXIII.

<sup>o)</sup> Spec. Sueic. art. 249; et ius

Bavaricum, in IO. BEVMANNI opus-

cillis, p. 84.

<sup>p)</sup> breuitatis cauſa ad fatis notum libellum, qui sub inscriptione: die Gemeinschaft als ein wahrer Grund der Erfolge, und der einzige Grund der Lebendigfolge der Seitenverwandten, aucto-re beato IO. IAC. REINHARDO, teſto tamen eius nomine, an. c15

10CCCLV. prodiit, leſtores ablego.

Iungantur die neuen Anmerkungen

von der Lebensfolge, aus der Gemein-

schaft ohne Mitbelohnſchaft, Francof.

et Lips. c1510 CCCLXII.

optimi existenterunt iurium Germanicorum custodes, illorum in allodiis clara eius adhuc deprehendimus vestigia *q*) atque eadem penes priuatos adhuc locum habent, quum quibusdam in locis illis de bonis hereditariis testamentum condere haud licet *r*); ubique vero in bonis autis illi, qui una cum possesso re praedii eius ab primo acquirente descendunt, retractum, vbi illud in extraneum est translatum, exercent gentilitum *s*).

## S. VII.

OBSTARE quidem mihi, priuilegium pecuniae hereditariae ex condominio coheredum tacito deriuanti, videatur, quod vsque eo sese haud extendit, ut coheres, qui isto vti vult, partem pretii ipsi debitam extra concursum haud accipiat; sed loco, ipsi in prima classe adsignando adquiescere debet; verum enim uero dubium hoc facile remoueri potest. Quum condominium saltem est tacitum, hocque adhuc recentiore aetate magis restrictum, procreat quidem insignes effectus; minime tamen eos, qui ex dominio alioquin

solent

*q*) docte hoc in primis monstrauit per illuſtris EHRHARD. FRID. LIBERBARO DE MANNSBACH, diss. de condominio fucceſſionis fundamento in Germania, quam sub auspiciis ven, PRAESES I DIS ann. C I O DCCCLXXIII. defendit, cui FRID. E S. PVFENDORFIVM, obs. IAC. REINHARDVM, in den iuriſtisch und historischen kleinen Aufſüb-

rungen, part. II. p. 374. IO. CAR. HENR. DREYERVM, libr. de vſu singulari iuriſ Anglo-Saxon. p. 100. aliosque iungas.

*r*) iura, que adhuc facultatem de bonis hereditariis disponendi restringunt, recenset DREYERVS de reſtricta facultate alienandi bonabericitaria p. 5. fqq.

*s*) PRAESES, in dem Nüberrechts, libr. II. cap. II. sect. I. p. 259.

DE PRIV. PECVN. HERED. CRED. IN CONCVRSV 17

Solent oriri ac licet, vt vnico exemplo rem illustremus, praedio a domino alienato coheredi tribuat actionem realem, videlicet actionem ex retractu gentilicio instituendam t); eam tamen ex natura retractus non; nisi praesitis omnibus conditionibus, sub quibus alienatio est facta, instituere potest. Reperiuntur deinde prima in classe creditorum quoque alii, qui iure ex dominii quidquam a debitore communi petunt et nihilominus a creditoribus, vt ipsis extra concursum satisfiat, haud separantur; sed iis potius adgregantur. Nemo id negare potest, si recordari velit domini directi, qui ob dominium directum, vti paullo ante monstrauimus, census aequa ac laudemia petit et simul in memoriam reuocat, quod de venditore, qui propter dominium sibi reuocatum ratione pretii rei venditae omnibus creditoribus hypothecariis praefertur et nihilominus inter ipsis creditores est locandus, iure est introductum v). His quum tandem accedit, creditorem, qui pecuniam poscit numeratam, ipsum praedium hereditarium non repetere; sed partem pretii illam, quam pro eo debet debitor, condicere: eo facilius accidere potuit, vt, licet iura ipsius condominio ex tacito descendenter, inter ipsis tamen creditores locaretur et solum hypothecarii praeferretur.

§. VIII.

ALTERVM argumentum, quo sententiam de origine privilegii pecuniae hereditariae, a nobis adoptatam, fulciendam

C esse

i) PRAESES, loc. memorat. libr. STRVVIVS, lnt. iur. ciuilis, ex. XLIV.  
cap. 4. p. 197.

v) ERVNEMANNVS, loc. laud. et  
ibid. 47, cum aliis.

1.

esse censemus, sumimus ex eo, quod illud intuitu rerum immobilia, per hereditatem in debitorem delatarum exerceatur. Copiosus infra monstrabimus, hand prius cogitari posse hoc priuilegium; quam si in hereditate, quae inter debitorem communem eiusue coheredes est diuisa, bona deprehenduntur immobilia: omnia; vel quaedam illorum ad debitorem peruererunt atque orto concursu in creditores sunt translatae; coheredi autem quidquam adhuc pro iis est soluendum. Si coheredi pignus tribueretur: nemini mirum esse posset, quid sit, quod priuilegium hoc modo restringeretur et solum exerceatur, vbi praedium hereditarium in bonis adhuc existat; neque locum habeat, si solum pecunia numerata, quam debitor accepit, eius portionem superet hocque nomine ut partem eius restituat, coheres poscat, quem satis notum est, creditorum pigneratitium iure pignoris eo demum casu frui posse, si bona ei oppignerata in massa bonarum reperiuntur; verum, enim uero pignus coheredi haud adsignatur. Singulare deinde profecto est institutum, quod memoratum priuilegium in rebus mobilibus nunquam obtineat, et si maximi sint pretii; neque minus in bonis debitoris adhuc existant; verum enim uero omnia nouum idque amplissimum documentum nobis expeditant, priuilegium nostrum esse vere Germanicum et solum ex patro; neque Romano repetendum iure. Germani sedulo distinguebant res mobiles atque immobiles. Harum quum conseruationi maxime studerent eamdemque ob causam facultatem

DE PRIV. PECVN. HERED. CRED. IN CONCVRSV 19

tatem domini, de iis disponendi, arctissimis circumscriberent limitibus, tanto magis istas vilipendebant. Memoratu profecto dignum est, quod nunquam inter bona auita ea numerentur iure Germanico; sed semper inter ea bona adquisita referantur, ideoque eorum dominus liberrimam habeat de iis disponendi facultatem *x*). Neminem fugit, retractum ordinarie locum saltem habere in rebus immobilibus *y*); neque hac in re nobis aduersatur *SIXT. IAC. KAPFIVS* *z*), licet plures res mobiles nominet, quae retrahi possent, siquidem vel pro rebus mobilibus proprie non sunt habendae, vel ius praelationis, quod in iis locum habere docet, stricto sensu ius retractus dici nequit. Immo nostrates usque eo progressi sunt, ut cum fructibus eas compararent et si quis bonorum cuiusdam tertii haberet usumfructum, usufructuario, post mortem proprietarii omnes res mobiles, quae ipsis in bonis deprehenderentur, tamquam fructus ipsis adhuc debitos relinquenter. Vera id fuit ratio, cur dominus directus mobilia vasalli ante pubertatem defuncti lucraretur *a*) ac maritus heres in Saxoniam

C 2

existat

*x*) DAVID. MEVIVS, comm. ad *jus Lubecens*, libr. I. tit. X. art. 6.  
*IAC. FRID. LUDOVICI*, de diuino iure bonorum adquisitor et hereditario, p. 20. *IO. GOTTL. HEINRICH*, *elementa iuris Germanici*, libr. II. tit. 21. eom. II. p. 386.  
*FRID. ES. PFENDORFIVS*, *tom. III. obf. iuris viuu. obf. XV.* p. 70. atque alii.

*2) FRAESES loc. memorat.*

*z) diff. de iure retrahendi res mobiles*, Vitembergæ c*1010 CCCLXXI*.  
*a) ius feud.* *Sax. cap. 26.* et *Suev. cap. 11.* Conferantur *CHR. GOTTL. BEVER*, *amoenit. iur. feudal.* *cap. 139.* *IO. SCHILTER* *nor. adius feud. alemannic.* p. 275. et *FRID. ES. PFENDORFIVS*, *de rutela fructuar.* §. *IO. in IO. GEORG. ESTORIS kleinen Schriften*, *tom. III. p. 416.*

existat mobilis; hoc vero posito, perspicimus quoque causam, cur privilegium nostrum non; nisi res hereditaria immobilis adsit, exerceri posset.

## §. IX.

TANDEM attentione nostra dignum est, quod, quantum scimus, primum mentio facta fuerit in satis notis constitutio-  
nibus Saxoniciis, quae a sapientissimo Saxonum principe, AV-  
GVSTO ann. CICIO LXXII sunt promulgatae b). Factum est  
ea in lege, in qua ordinem, quo creditoribus obaerati oebito-  
ris eius ex bonis sit satisfaciendum, determinat sequentibus  
verbis: *wann zwischen den Glaubigern der Erfügkeit halben Streit vorfellet; so constituien, ordnen und wollen wir, daß vor allen andern Schulden erßlichen bezablet werden sollen, das Liedlohn, was auf des verstorbenen Schuldners Begraebnis und in seiner Krankheit der Arzen; halben aufgewandt, auch Schos, Steuer und Erbged. Fuerunt inter eos, qui iussu principis constitutiones conscriberent, iurisconsulti, morum priorum isto tempore peritissimi, IOACHIM. VIDELICET A BEVST, LEONH. BADEHORNIVS, MATTHAEVS WESENBEVICVS, IO. SCHNEIDEWINVS, IACOB. THOMINGVS c) atque alii quumque eum in finem potissimum princeps opus hoc confici iube-  
ret, ut principia iuris Saxonici conseruaret: praeceptum esse*

b) part. I. const. 28r.

c) CAR. FERD. HOMMEL in eis. *Elore Augusto, Saxoniae legumlatore, Lipsiae CICIO CCCLXV.*

DE PRIV. PECVN. HERED. CRED. IN CONCVRSV 21

esse ferunt iurisconsultis teste MENIO cc) vt, perlustratis penitatisque iuris singulis vniuersi iuris Saxonici partibus, vide-  
rent, ubi ac quatenus iuri communi per hoc esset derogatum.  
Iam dudum itaque animaduerterunt iurisconsulti IO. HENR.  
BERGERVS d), CASP. HENR. HORNIVS e) AC CAR. FERDI-  
NAND. HOMMELIVS f), primarium harum legum fontem esse  
ius patrium, neque erramus, si de quolibet praecepto, quod  
continent, praesumamus, illud ex isto esse haustum. Sta-  
tuere hoc debemus de priuilegio pecuniae hereditariae eo  
maiori iure, propterea quod lex, quae illud exhibet, rationi-  
bus plurium creditorum consulat, quibus iura Romana haud  
prospexerunt ac condominium illud tacitum, de quo supra dis-  
putauimus, ab antiquissimis temporibus in primis in Saxonia  
altissimis defixum radicibus. Eius iam meminit lex illa SA-  
XONVM g) a Caroli magni temporibus profecta; REPGO-  
VIVS h) autem non minus illud agnouit, vt supra traditum  
est.

S. X.

HAEC de origine priuilegii nostri: iam ad ipsam eius in-  
dolem sese verit oratio. Quum pecunia, cui id competit,  
rem semper supponit immobilem haecque vocabuli ERBI  
fuit quondam vis ac potestas, vt magis bona immobilia deno-

C 3

taret;

cc) dedicar. Spec. Sax. Zobel, prae-  
missa.

f) loc. mem.

d) econ. iur. p. 26.

g) iii. vii.

e) iurisprud. feud. cap. r. §. 32.

h) libr. I. art. 52.

tet; quam hereditatem, vti in primis quoque patet ex verbis, ista ab vocula oriundis, videlicet *Erbgutb*, *Erbgerichte*, *Erbherr*, *beerbet*, *erbhäftig* atque ex his, quae mira industria hac de re collegerunt 10. SCHILTERVS *i*), 10. GEORG. WACHTER *k*), 10. CAR. HENR. DREYER *l*) ac 10. GEORG. HALTAUSIVS *m*), ideo quoque pecuniam hanc nomine *des Erbgeldes* definitam esse arbitramur et licet vocabulum latinum *pecuniae hereditariae* eius rationi accommodatum esse concedamus; germanicum tamen non ab *Erbe*, *hereditate*; sed potius ab *Erbe*, *praedium*, descendere statuimus. Descriptionem eius ipse ille legislator, qui illius priuilegium primum litteris consignandum curauit, ita nos suppeditat: *n*) wann einer ein Weib bat, welche aus ihres Vaters, Mutters oder andern angestorbeneñ Gütern jaehrlichen zu ihrer Absindung Erbgeld aufzunehmen, so seynd unsere Verordnete hierinnen einzig, daß das vnuertagte Erbgeld, weil es aus unbeweglichen Gütern bezahlet vnd abgelegt wird, als ein unbeweglich Gut auf des verstorbenen Weibes Erben, das betagte aber auf den Mann fallen vnd kommen soll, nos vero eamdem notionem huic vocabulo subiicimus, dum illud ita definiimus, quod sit *pecunia*, ab herede de bonis immobilibus, ipsi hereditatis in diuisione adiudicatis, coheredi certo tempore praestanda. Conuenit definitio haec descriptioni pecuniae.

*i*) gloss. german. vot. Arbe. p. 60. bus §. III. p. 18.

*k*) gloss. germ. p. 375.

*l*) de cespital, requisi. in test. habili-

*m*) gloss. germ. p. 355.

*n*) part. III. conf. 21.

cuniae, quae inuenitur in legibus o) atque ei, quam suppeditant LUDER, MENCKE oo) et qui eum hac in re ad verbum descripsit io. BERNH. FRIESE p).

## §. XI.

QVM secundum definitionem nostram pecunia hereditaria inter debita pecuniaria locum tenet: conuenit cum aliis debitis pecuniariis in eo, quod solutio eius ordinarie non; nisi parata fieri queat pecunia ideoque etiam in iis quaestio in medium proferatur, quonam monetae genere illa peragatur? Se- qui solemus eamdem ob caussam, quod pecunia hereditaria de- bitum sit pecuniarium, eadem iuris principia, quae in aliis eiusmodi debitis obtinere solent ac ante omnia ad id, quod partes hac de re conuentione determinarunt, respicimus: vbi autem nihil sit conuentum, pretium rerum hereditiarum, quod fundamentum portionis existit statutarie, ac monetam, cuius in illarum taxatione ratio est habita, consideramus, vt copiosius ostendit ill. io. LVD. SCHMIDIVS q). Eadem ra- tione reliqua, quae de debito pecuniario generatim spectato valent, quaeue hoc loco, ne fines nobis praescriptos transgre- diamur atque ea proferamus, quae nec tironem fugiunt, silen-

tio

- o) ord. proc. Sax. elec<sup>t</sup>. tit. XLIT. 00) de pecunja hereditaria, diss.  
§. 7. ord. recogn. Altenburg. part. I. cap. I. §. 4.
- I. cap. 37. §. 13. ord. proc. Jenac. p) diss. de pecunia hereditar. thef.  
tit. XXVIII. §. 7. Gorhan. ver. part. I. P. 3.
- I. cap. 18. §. 6. Schwarzburgic. part. q) in den rechtlichen Entscheidungen  
tit. II. §. vlt. classif. credit. gen. secl. II. p. 372.  
Pomer. p. 4.

tio praeterimus, adplicare possumus ad pecuniam hereditariam; ubi vero differentiam, quae illam aliis ab debitis distinguit cognoscere volumus partim ad *creditorum ac debitorem*, partim ad *causam debendi*; partim ad *formam animum aduertere debemus.*

## §. XII.

VBI primum oculos coniicimus in *creditorum aequum ac debitorem*, inter quos pecunia haec constituitur, ex definitione illius constat, unum alterius esse debere coheredem. Quum successio ad plures peruenire potest partim ex testamento: partim ab intestato, non dubium est; quin pecunia hereditaria constitui possit inter eos, qui ab intestato sunt coheredes; nec distinguimus, utrum sint parentes; an alii, qui hereditatem ipsis reliquerint. Animaduertunt id claris verbis PETR. MULLERVS <sup>r</sup>), CHRIST. PHIL. RICHTERVS <sup>s</sup>), BENED. CARPOVIVS <sup>t</sup>), IO. BERNH. FRIESE <sup>v</sup>); nec dubitamus, eorum in sententiam discedere, quum condominium illud tacitum, quod parentum in hereditate obtinet, non minus locum habet; quam in ea, quam, qui heredibus suis a latere sunt iuncti, ipsis relinquat. Alia ratio videtur esse coherendum testamentariorum. Quum testamenta, ut supra ostendimus, penes Germanos quondam prorsus essent ignota,

illud

<sup>r</sup>) comm. ad Serrua, tom. IIII. ex. disp. V. membr. 7. p. 130.  
XXXXIII. thef. 47. p. 260.

<sup>s</sup>) parte IIII. conf. 21. def. 3.  
<sup>t</sup>) de iure et privilegiis creditorum  
<sup>v</sup>) loc. memorat.

DE PRIV. PECVN. HERED. CRED. IN CONCVRSV 25

illud condominium tacitum, quod heredibus ab intestato competit, testamentariis non adsignari potest. Memoratu dein dignum est, quod antiquiores iurisconsulti testamentariorum haud mentionem faciant: immo constitutio illa Saxonica ad successionem saltem ab intestato respicere videatur, et tantum *von des Vaters, Mutter und andern angeforbenen Gütern loquatur x).* Omnia haec si consideramus: principiis iuris Germanici antiquioris magis conuenire putamus, quod pecuniam hereditariam saltem inter coheredes ab intestato locum habuisse(y) statuamus; hodie vero eam etiam cum LVD. MENCKIO inter testamentarios admittere haud dubitamus, quum nostra aetate id, quod de successione ab intestato iure est introductum, ad testametnariam ordinarie applicari soleat. Quoniam deinde tam vniuersam hereditatem: quam partem hereditatis tertio vendere licet atque emtor in locum heredis succedit, haud perspicimus, cur non ille pecuniam quoque hereditariam sibi adquirere, vel ad eam soluendam fese obligare queat?) iure vero negamus,

D

coniu-

x) loc. excitat.

y) loc. laudat.

z) Subtilis quidem disputatio iure Romano exsistit de differentia inter heredem atque emtorem hereditatis, quemadmodum ex iis patet, quae proferunt IO. ROBERTVS, libr. III. animadvers. iuris ciuil. cap. 2. ARN. VINNIUS, libr. 1. sel. quaest. cap. 55. BALTH. BRANCHV, obf. iur. Rom. cap. 2. ac GOTTL.

LVD. MENCKE, diss. de iure ad crescendi vendit. hereditate ad emtorem pertinente, Lips. 1510 CCXLVII. sententiam tamen, quam amplectimur, potissimum L. 2. §. 18. D. de hered. vel act. vend. quuin emtorem hereditatis vicem heredis obtinere statuit, confirmat: neque nobis aduerfatur LVD. MENCKIUS, loc. cit. eti a nostra sententia proflus alienus esse videatur.



coniugem superstitem, qui portionem suam statutariam ex bonis heredis petit, creditorem atque emtorem praedii hereditarii, qui adhuc pretii debet partem, debitorem pecuniae hereditariae vocari posse, quum neque hic; neque ille pro coherede sit reputandus, vt recte animaduertunt IO. BERNH. FRIESE a)  
IO. HENR. BERGER b) ac IO. ANDR. HOFMANNVS c).

## §. XIII.

QVVM subiecta pecuniae hereditariae, vt vocantur, coheredes esse debent: *causa debendi*, quae non minus illam aliis ab debitibus pecuniariis distinguit, in eo ponenda est, quod in diuisione vni heredi res immobilis pro pretio, cuius pars vni vel pluribus coheredum soluenda est, adiudicetur. Hoc quum simpliciter requiritur in pecunia hereditaria: 1) res quae in diuisione hereditatis debitori pecuniae hereditariae ceditur, debet esse *immobilis*: positio, quam omnes iurisconsulti, qui leuiter saltem argumentum de pecunia hereditaria attigerunt, de illa proferunt. Eius quum ratio supra iam a me fuit monstrata: vsque eo quidem cum LVD. MENCKIO d) hand progredimur, vt nihil interesse existimemus, vtrum res sit feudalis; an

allo-

a) loc. memor.

b) Supplēm. ad electa discepratio-  
num forens. part. II. p. 846.

c) in der Reichspraxi, tom. I.

cap. 58. §. 1278. p. 83.

d) LVD. MENCKIUS, loc. laude-

ro putat, etiam pseudo in diuisione

lato,

DE PRIV. PECVN. HERED. CRED. IN CONCVRSV 27

allodialis: verumtamen haud distinguimus, num res immobilis sit vere; an iure talis haecque consistat vel in re incorporali, cuius obiectum res immobilis est: vel in re mobili, cum immobili ita coniuncta, ut huius constitutat partem. Referimus itaque merito earum in rerum censum, pro quibus pecunia constituenda est hereditaria, *seruitutes, iura, molendina pneumatica, decimas, census e*); minime tamen concedere possumus, eam adesse vbi res mobiles, pro certo pretio vni coheredum sint adjudicatae, siue sint res mobiles reuera; siue iure tales, licet quoque quidquam proiis coheredibus sit soluendum. Cessabit itaque etiam illa sine dubio in nomine vni coheredum relictio. Requirimus II) porro, *vt haec res immobilis in hereditate divisione debitori pecuniae eius ab coheredibus sit addicla*. Quum hic vnicus est modus, quo adquirere debet debitor rem immobilem, si debitum illud, quod pro ea constituit, naturam pecuniae hereditariae accipere potest: pretium rei immobilis hereditariae, quod coheres alteri coheredi ex venditione, cum ipso inita, debet, pecunia hereditaria vocari nequit.

D. 2

Anti.

lato, quod pro parte aliis sit soluen- minus semper statui potest, quum dum, pecuniam hereditariam con- nec vbiique de residuo pretii, quo feu- sicut atque auctoritate CARPOVIA- dum est emtum, id obtinet, vt recte se fuetur: verum tamen illud idea- tradit GEORG. AD. STRVVIUS, *fun- fine distinctione concedere non pos- tagm. iuris feudal. cap. XIV. §. 7.* sum, quod illa cogitari nequit, nisi *e) MENCKE, de pecun. hered. cap.* Partem illam pretii inter debita nu- *i. §. 12.* merare liceret feudalia. Illud vero co-

Antiquiores iurisconsulti Saxonici, videlicet DAN. MOLLERVS f), ANDR. RAVCHBAR g), HARTM. PISTOR h) clare id docuerunt. Postea non nulli aliam in sententiam discesserunt et per id factum est, ut in ordinatione iudicaria Saxonica i) pretium, ex emtione venditione statis temporibus solendum pro pecunia hereditaria improprie tali declararetur atque illi eadem tribuerentur iura. Nec distinguitur ibi, vtrum coheres; an extraneus sit, quocum haec emtio sit celebrata; k) verumen in numero id saltem in Saxoniae prouinciis, electoris imperio subiectis, obtinet ac secundum ius commune extra dubitationem est positum, quod pecunia hereditaria cesset, si venditio est celebrata l). Haec quum ita se habeant, etiam pretium, quod

filius

f) libr. I. semestrium, cap. 26.  
p. 71. et com. in const. Sax. libr. I.  
const. 28. p. 88. Claris verbis testatur  
sententiam hanc scabinis Vitembergensibus aque ac Lipsiensibus platerere.

g) part. I. quaest. 6. num. 8.

h) part. III. obs. 124.

i) nr. XLII. §. 7. doch soll es  
gleichwohl nichts minders vnd unge-  
achtet der widrigen Meinung elicher  
Rechtslehrer, die wir biemist aus ge-  
wissen Bedenken verworfen haben wol-  
len, auch von dem Gelde verstanden  
werden, welches man von einem ver-  
kaufzen Guib von Jahren zu Jahren in  
weniger vnd geringer Anzahl abzule-  
gen und insgemein sice minus proprie-  
Erbegeld zu nennen pfleget.

k) Aniagaduertit quidem CASP.

ZIEGLERVS, ad proc. Saxon. vndi-  
part. tit. XLII. §. 7. p. 181. IO.  
PHILIPPI ad nonell. Sax. VII. obs.  
I. nr. 5. aliam sententiam tueri at-  
que ea, quae in ordinatione iudicia-  
ria sunt cauta, solum interpretari  
de emtione venditione, cum extra-  
neco facta: sed id huic iurisconsulto  
in mentem haud venisse, testatur  
IO. BALTH. DE WERNHER, obs.  
for. tom. II. part. VII. obs. 24.  
p. 195.

l) GEORG. AD. STRVY, Sym. iuri-  
ris ciuil. ex. XLIV. §. 47. atque eius  
interpres, MULLERVS ad hunc loc. tom.  
III. p. 260. BENED. CARPOV, part.  
III. const. 21. def. 8. IO. BERNH. FRIE-  
SE, de pecunia hereditar. §. 6. SAM.  
COCCETI, iur. controv. tom. II.  
p. 490. CLVD. MENCKE, loc. citat.

DE PRIV. PECVN. HERED. CRED. IN CONCVRSV 23

filius patri ex emtione praedii paterni debet, pecuniam hereditariam fieri negamus, licet pater illud reliquis suis liberis in locum portionis ipsorum hereditiae adsignauerit, propter ea quod haud praedium ipsum; sed pretium potius sit diuisum; vbi vero ipsa diuisio intuitu rerum immobilium sit peracta, haud interest, vtrum illa ab ipsis heredibus post mortem defuncti sit peracta; an viuo eo eiusue auspiciis sit susceppta <sup>m)</sup>: num iudicialis fuerit; an extra judicialis. Facile porro III) quilibet perspiciet, pretium, pro quo hieredi in diuisione praedium adjudicatur, ita comparatum esse debere, vt portionem illius hereditariam superet, eamdemque ob causam pars eius, vel unius, vel pluribus coheredum, vt inter ipsa aequaliter distribuatur hereditas, soluenda sit. Constat hoc ita, vt nulla egeat probatione: neque vero minus III) necesse est, ut res, pro quibus pecunia hereditaria poscitur, coheredi sint traditae. Ea quum non locum habere potest; nisi iam dominium ipsum in coheredem translatum atque in diuisione eadem, vt in emtione venditione, ratione ipsum dominium in alterum non transit; nisi per traditionem: nec ista positio probationem quamdam considerat: vbi autem latius progredi ac definire volumus, cum iudicialis necessaria sit traditio; an extra judicialis sufficiat? Merito distingue debemus, vtrum iudicialis resignatio obtinet.

D 3

neat

<sup>m)</sup> nobis haud aduersatur responsum iurisconsultorum Vitembergen- edidit, quum lege Saxonica electorum iuri consultorum Vitembergen- rali, qua etiam pretium ex emtione sum, quod IO. HENR. BERGER, ne residuum iure pecuniae hereditariae tribuit, nititur.

neat iis in terris, quibus sit tradenda res immobilis; nec ne. Quum coram iudice traditio peracta esse debet, vbi alioquin non; nisi praevia judiciali resignatione bona immobilia traduntur, haud id necessarium est iis in prouinciis, quibus resignatio haec est incognita. Haec quum statuimus: discedimus quoque a LVDERO MENCKIO <sup>n)</sup>, dum inter ius Saxonum, electorale ac communiae distinguit ac secundum illud tantum judiciali rei hereditariae traditione opus esse, fibi persuadet, sed istam quoque iure Saxonico communi, propterea quod non minus resignationem adprobat haecque in divisione rerum hereditiarum etiam requiritur <sup>o)</sup>, locum habere arbitramur <sup>p)</sup>.

## §. XIV.

TANDEM distinguit sepe pecunia numerata ab aliis debitis pecuniariis, si eius *formam* spectamus, in eo, quod tempus solutionis sit determinatum; neque usus promissae. Plerumque euenire solet, ut solutio eius promittatur particularis eum-

<sup>n)</sup> loc. citat.

<sup>o)</sup> LEYSERVUS, *spec. CCCXLVI.* med. 4.

<sup>p)</sup> Quum in ipso speculo Saxonico cautum est, ne fine iudicis consensus res immobilis transferatur libr. I. art. 22. etiam in Saxonia communii ante resignationem iudicalem dominium haud transit, vti copiosius monstrarunt CHRIST. COLEVS, *decis. CCLXXX.* AVG. LEYSERVUS, *spec. CCCXLVI.* med. 2. vol. VI. que p. 79. IO. KLEINIVS, *de resignat. judiciali, cap. VII. §. IO.* sqq. ac IO. BALTH. DE WERNHER, *diff. de effectu traditionis rerum immobilium, fine judiciali investitura in primis orto creditorum concurso* Vit. CIOIDCCXXVII. Neque his obstant, quae profert MICH. GOTTF. WERNHER diff. *de resignatione bonorum judiciali fundorum mere allodialium in ultimis voluntatibus cessante, Vit. CIOIDCCCLX.*

DE PRIV. PECVN. HERED. CRED. IN CONCVRSV 31

que in finem plures illius nominentur termini; falleretur tamen ille, qui id necessarium esse, sibi persuaderet; neque pecuniam hereditatem cogitari posse crederet, nisi plura temporum interualla solutioni essent destinata haecque inter se remota <sup>q)</sup>. Multo minus coniicere debemus ex descriptione pecuniae illius, a Saxonum legumlatore suppeditata, quod annui hic termini essent deberent, vt quoque LVDER. MENCKE <sup>r)</sup> recte animaduerit; terminus solutionis autem ideo determinari debet, vt, creditorem fidem de pretio debitori habuisse, constet. De traditione in emtione venditione, vt cui libet constat, est legibus cautum, vt dominium per eam ad emtionem non, nisi satisficerit venditioni; vel hic fidem habuerit emtori, transeat <sup>s)</sup>. Quod quum non minus locum habeat diuisione facta, quae vicem emtionis tenet, vt recte animaduerit FRID. ESAIAS PVFENDORF <sup>ss)</sup>: coheres, qui ob partem pretii pro praedio hereditario soluendi debitori fidem non habuit, creditoribus sese haud adiungit; nec pecuniam petit hereditariam; sed iure condominii, quod adhuc habet, partem praedii vindicat eamdemque ob caussam IAC. FRID. LUDOVICI <sup>t)</sup> pretium, quod coheredi parata statim

pecu-

q) vti IO. BERNH. FRTESE, de ac [L. 53. D. de contrabendo, emt. pecunia hereditaria, thes. II, p. 9. SAM. STRYCKIVS, disp. de fide ba- arbitratratur; in nulla vero ordinatio- bita, quae vol. III. dissertat. Fran- num supra memoratarum, Saxonie, cofurt. exflat, cap. 2. Gorlitz, Ienaeensi, Schwarzburgi- ss) obseru. iuris vniu. rom. I. ob- ca atque Altenburgensi, id requiritur. feni. 103. p. 204.

r) loc. citar.

s) §. 41. I. de rer. diuis. L. 19. cap. 10.

pecunia praestandum, pro pecunia hereditate haud habendum esse, docet.

## §. XV.

Ex his quum satis superque, uti putamus, patet vera natura ac indoles pecuniae hereditariae: iam ad priuilegium, quod ei in legibus nostris tribuitur, pergitus atque ante omnia eos, quibus id competit, definimus. Sunt ii, quibus facultas, rem hereditariam possendi pecuniam, competit, quumque inter eos referendi sunt non solum coheres; sed omnes quoque, in quos ille ius suum transstulit, eosdem quoque priuilegii huius participes esse statuimus. Haud interest, vtrum illud sit factum titulo vniuersali; an singulari ideoque coheredes eiusmodi pariter ac cessionarii iure hoc fruuntur. Ex iure alioquin constat, priuilegia haud sine distinctione ad heredes transfire ac multo minus illa cedi posse eamdemque ob rem *priuilegium exigendi*, quod nonnullis creditoribus leges Romanorum adsignarent <sup>v)</sup>, ab heredibus non semper allegari potuisse. Sed iura, quae creditori pecuniae hereditariae competit, solis ex legibus Romanorum non sunt dijudicanda. Certum deinde est, priuilegium hoc pecuniae hereditariae tribui hocque respectu, uti recte monet *BENED. CARPOVIVS x)*, esse reale ideoque omnes eos, qui ius illam exi-

gendi

<sup>v)</sup> nominatur quoque in *ordinacionibus iudicariis*: solum *das Erbgeld*; neque ibi requiritur, ut here-

des sint, qui hoc petant.

<sup>x)</sup> *parv. i. const. 28. def. 57.*

gendi habent *y*), eo, vt memoratus iurisconsultus, QVINT.  
SEPT. CAR. RIVINVS *z*) ac LVD. MENCKEN *a*) tradunt, fru-  
untur. Quum pecunia hereditaria ante lapsum termini pro-  
re immobili haberetur, quod non est negandum ac potius ite-  
rum ex isto condominio coheredum tacito, quod ipsum no-  
strum procreauit priuilegium, deriuandum: arbitrari forsitan  
quisquam posset, tertium priuilegio hoc haud frui posse;  
nisi in eum pecunia hereditaria esset iudicis consensu transla-  
ta; sed pluribus argumentis demonstrauit LVD. MENCKIVS *b*),  
id ipsi haud opus esse.

§. XVI.

EXERCETVR hoc priuilegium haud intuitu totius massae;  
sed solum in bonis illis hereditariis, de quibus pecunia  
haec hereditaria poscitur: positio, quae omnem meretur atten-  
tionem. Ratio illius, iterum in origine priuilegii nostri, su-  
pra exposita, est quaerenda: tria vero ex eo ducimus conse-  
ctaria. Haec quam ita se habeant: *i*) priuilegium hoc locum  
habere haud potest, si bona haec in corpore bonorum debitoris  
orto concursu amplius haud exstant, vt QVINT. SEPT. FLOR.  
RIVINVS *c*), HARTM. PISTORIS *d*), AVG. BERLICHIVS *e*), BE-

E

NED.

*y*) loc. memorat.

*c*) enunc. iur. tit. XLII, en. 41.

*z*) enunciat. iuris, tit. XLII, p. 1503.  
enunc. 42, p. 1503.

*d*) obs. 142.

*a*) loc. memor.

*e*) part. I, conclus. 64. num. 119.

*b*) loc. excite.

NED. CARPOVIVS f) ac PETR. MULLERVS g) recte obseruant. Quum II), bona haec adhuc existare, haud praesumitur: is, qui pecuniam hereditariam poscit, demonstrare debet, bona illa adesse ideoque si id non ex actis liquet, ei inter creditorēs chirographarios locus adsignatur et ius praelevationis saltim reseruatur, si illud adhuc demonstrauerit. Neque minus III) ex his sequitur, vt, si ex bonis, quae exstant, hereditarii integra pecunia hereditaria solui nequit, ratione eius, quod superest, creditori ius praelationis tribui nequeat. Hoc in primis docte demonstrauit BENED. CARPOVIVS h); 10. BALTH. WERNHERVS i) autem sententiam, exhibet, quae idem illustrat.

## §. XVII.

f) libr. ILL. resp. xv.

g) ad Struu, tom. III. p. 26t.  
Haud ita pridem eamdem ob causam creditorī, qui pecuniam hereditariam posceret, locum in prima clas-  
se denegabat illustris iuris consultorum ordo, sententia mense Aprili  
1510 CCLXXVI. lata sequentibus  
ex rationibus: ad 6) das Vorrecht,  
welches ein Miterbe wegen des Erbgelds zu fordern hat, blos auf denen-  
jenigen von dem andern Miterben in  
der Erbschaft angenommenen Grund-  
stücken, von welchen er das Erbgeld  
an den ersten herauszugeben hat, haf-  
ter, und auf das vbrige Vermögen des  
gemeinen Schuldners mit Bestand Rech-  
zens nicht erstrecket werden kan,  
CARPOV, part. III. const. 21.

def. 28. er part. III. def. 168. MVL-  
LER ad STRUV. ex. 44. ibef. 47.  
die Kirmfin aber und die Pandorfin  
daß das balbe Frobngut zu Hinter-  
holznitz, J. von welchen sie die jähnen  
in der letzter Clasfe zuerkannen Er-  
begelder fordern, sich nicht in der  
Concursmaße befinden, sondern vor  
einiger Zeit verkauft worden, und  
über die daraus gelösten Gelden bey  
dem adelichen Posnirischen Gerichten  
ein besonderer Concurenstanden, nicht  
in Abrede stellen mögen, und also die-  
selbe mit forbanen Erbegeldern ledig-  
lich in die letzte Clasfe locirt werden  
müssen —

b) decif. CCLXVIII.

i) obs. tom. II. part. VII. obf.  
xxv. p. 195.

## §. XVII.

LOCVM haud habet, si a coherede, cui pecunia hereditaria est soluenda, in securitatem eius dominium; vel ius hypothecae sit reseruatum. Sine dubio quidem permisum est creditori, hoc modo sibi prospicere, quum id cuilibet emtori licet. Rationibus quoque suis reuera optime sibi consultit coheres, qui id sibi reseruat. Non minus omnibus iis creditoribus, quibus hypotheca est constituta, praeferatur et eundem fere obtinet locum, quem quis per priuilegium sibi adquisiuit *k)* et partim ratione usurarum, quas tuto sibi stipulari potest; *l)* partim in facultate, qua fruitur, ius suum persequendi aduersus tertium, iura habet, quibus aliis coheres caret *m)*; nihil tamen minus ea haud exercet; quam si reseruatio sit facta; neque maiori fruitur iure; quam quilibet alius, cuius pignus in re debitoris est constitutum; antequam eam sibi adquireret. Obtinet potius memoratum priuilegium, si coheres dominium; vel pignoris ius sibi haud reseruauerit atque errat *PVFENDORFIVS, n)* quod si fides ab coherede habita sit; nec reseruata hypotheca, priuilegium pecuniae hereditariae nullum existere tradit huiusque rei rationem in eo ponit, quod ex iure condominii res hereditariae

*k)* *PVFENDORFIVS*, *obs. iuris der deutschen Reichspraxi*, *tom. II.*  
*uniuersi*, *tom. I.* *obs. 103.* *p. 184.* *p. 83.*  
*et IO. VOETIVS*, *comm. ad dig. tit.* *ff. qui poriores in pignore*, *§. XVIII.* *XXVI.* *tom. II.* *p. 195.*  
*l)* *IO. ANDR. HOFMANNVS*, *in* *n)* *loc. memorat.*

vindicari non possent. Haud efficit, quod contra AVGVSTIN.  
DE BALTHASAR o) monendum est, vt creditor iure separatio-  
nis petere possit pecuniam hereditariam extra concursum; sed  
in reliquorum potius creditorum censum eum ita scribit, vt ei  
quidem ius reale haud tribuat eamdemque ob caussam creditor ius,  
quod habet, aduersus tertium rei possessorem persequi nequeat p);  
verumtamen omnibus creditoribus hypothecarii praferatur.

## §. XVIII.

si denique ad modos, quibus creditorem priuilegii hu-  
ius expertem fieri ferunt, peruenimus, genuinos ab adulteri-  
nas probe secernimus. Quum inter illos partim nouationem;  
partim renunciationem referimus: istam dupli ratione fieri  
existimamus, quando creditor scilicet vsuras sibi de pecunia  
hereditaria stipulatur: vel super ea cambiales litteras maiorem  
in securitatem a debitore scribendas curat. Quum pecuniam  
hanc in mutuum mutari statuunt iurisconsulti per stipulatio-  
nem usurarum pp), omnes quoque cum GEORG. AD. STRYVIO q)  
ET PETR.

o) de classificatione creditorum, *Sax. tie. XLII. p. 181. CASP. HENK. p. 21.*

p) QUINT. SEPT. FLORENS RIC-  
CINVS, enunciat. iuris, *sit. XXXII.*  
*enunc. 41.* ANDR. RAVCHBAR, part.  
I, quaest. 6. num. 8. HARTM. PI-  
STOR obseruat. *I42.* CHRIST. PHIL.  
RICHTER, de iure et priuilegiis cre-  
ditorum, *diss. V. membr. VII. cap.*  
*I35.* CASP. ZIEGLER, *ad proc. ord.*

*Sax. tie. XLII. p. 181. CASP. HENK.*

*HORNIVS consuleat. et responfir. class.  
V. res. 21. p. 297. IO. HENR. BEK-  
GER, Suppl. ad olecia discept. fo-  
rense. parv. II. p. 1333.*

*pp) L. 7. D. depositi. MEVIVS,  
part. I. dec. 55. part. v. dec. 158.*

*part. VIII. decif. 62.*

*q) ex. XLIV. thes. 47.*

PETR. MULLERO *r*), IO. BER'NH. FRIESIO *s*), LVD. MENCKIO *t*), AVG. BERLICHIO *u*), BEN. CARPZOVIO *x*), QVINT. SEPT. FLOR. RIVINO *y*), IO. HENR. BERGERO *z*), IO. RVD. ENGAVIO *a*), DAV. GEORG. STRVBEN *b*), IO. VLRIC. L. B. DE CRAMER *c*) ac AVG. LEYSERO *d*) in eo conueniunt, quod creditor pecuniae hereditariae, si vsuras sibi stipulatur, in chirographariorum numerum sit referendus priuilegioque suo sit priuandus. Iis suffragari haud dubitamus; haud prius tamen id statuimus; quam si vsuras sibi stipulatus sit creditor ideoque cum, qui non quidem eas stipulatus est, ob moram tamen in solutione commissam vsuras accepit, priuilegio haud priuandum censemus cum IO. BRVNNEMANNO *e*). Eadem ratione nouatio fit, obseruante modo laudato RIVINO *f*), ubi cambium super illa sit scriptum a debitore ac creditori dátum, hocque item efficit, vt creditoribus hypothecariis praeferri nequeat ac libenter demum coriceditimus LVD. MENCKIO *g*) quod creditor, si pecuniam hanc tamquam hereditariam haud petit ideoque nec ad priuilegium hoc prouocat, huic renunciasse p-

E 3 tetur

- |  |  |
|--|--|
| <i>r</i> ) comm. ad Siruu, tom. III. p. 260.                       | <i>b</i> ) rechtlche Bedencken, tom. IYYI.               |
| <i>s</i> ) loc. memorar.   | p. 274.  |
| <i>t</i> ) de pecunia numerata, cap. II. §. I.                     | <i>c</i> ) tom. IYYI, obs. iuris vniu. obs. IYYI.        |
| <i>u</i> ) part. III. conclus. 37.                                 | <i>d</i> ) spec. CCCCLXXXIIII. med. 5. vol. VII. p. 502. |
| <i>z</i> ) part. III. conf. 21. def. 16.                           | <i>e</i> ) de processu concursus cred. cap. V. §. 21.    |
| <i>y</i> ) loc. laudat.  | <i>f</i> ) loc. memorar.                                 |
| <i>a</i> ) Suppl., ad elect. process. exec. cur. pare. II. p. 507. | <i>g</i> ) loc. laudat.                                  |
| <i>e</i> ) decis. part. II. p. 245.                                |  |

tetur ac tuto solos inter creditores chirographarios sit locandus.

## §. XVIII.

MODIS tollendi priuilegium genuinis merito iungimus adulterinos eorumque duos hoc loco nominamus. BENEDICT. CARPZOVIVS *b)* primus fuit, quantum scimus, qui opinaretur, creditorem priuilegium suum perdere, si terminum, solutioni destinatum praeterlabi pateretur; neque pecuniam ante illum exigeret, hancque suam sententiam eo demum casu iniquam putabat, si omnem operam dedisset, vt a debitore pecuniam hanc acciperet; sed superuacaneum suscepisset laborem. Quum auctoritas CARPZOVII tantum apud iurisconsultos, quorum aetas eius in tempora incideret quive illum sequerentur, habuit ponderis, vt sententiae eius vna adprobarentur voce, factum est, vt hac quoque in re idem existimarent *io).* PHILIPPI *i),* CASP. ZIEGLERV<sup>S</sup> *k),* CHRIST. PHIL. RICHTERVS *l),* GE. AD. STRVVIVS *m),* PET. MULLERV<sup>S</sup> *n),* LVD. MENCKIVS *o),* SAM. STRYCKIVS *p),* SAM. DE COCCEII *q),* AC IAC. FRID. LVDOVICI *r).* *io.* BRVNNEMANNVS *s)* CARP-

ZOVI<sup>O</sup>

- b)* part. *i.* confit. *18.* def. *60.* *o)* loc. memorat.
- i)* ord. proc. Sax. tit. *XLII.* §. *8.* num. *32.* *p)* ad Brunnenmann. de proc. con-
- k)* ad ord. proc. tit. *XLII.* p. *181.* *curfus* cred. cap. *v.* §. *21.* p. *81.*
- l)* de iure et priuileg. credit. disp. *5.* p. *7.* §. *6.* *q)* iur. contrav. libr. *XLII.* tit.
- m)* ex. *XLIV.* thes. *47.* *r)* Einleitung in den Concursprö-  
*n)* ad Struu, tom. *III.* p. *260.* *ces,* cap. *IO.* *s)* loc. memorat.

zovio sc̄e oppofuit priuilegiumque creditoris pecuniae hereditatis haud extingui, si eius dies cedat, docuit. CASP. HENR. HORNIUS<sup>t)</sup> eamdem fouet sententiam; nec cum eo facere dubitamus, quum maxima profeſto creditori fieret iniuria, vbi priuari poſte priuilegio hoc statueremus per moram debitoris. Argumentum, quo sententiam nostram corrobamus, petimus partim ex eo, quod terminus, qui ſolutioni pecuniae definiatur eum in finem, vt tempus, quo ius praelationis extinguitur, adſit, haud determinetur, vbi vero eum in finem id haud fit, ius praelationis, quod creditori ratione nominis cuiusdam competat, per id, quod eius dies veniat, haud pereat; partim ex legibus, quae pecuniae noſtræ priuilegium tribuant, Saxonis antiquoribus, quas tanquam fontes, ex quibus reliquæ haustæ ſunt, hac in re conſiderare poſſumus, quum, qua in claſſe pecunia illa hereditaria, cuius dies iam ve- nit, ſoluenda ſit, non definiunt; ſed priuilegium u) hoc pecuniae hereditariae generatim adſignant. Ex his quum luce clarius conſtat illud creditori pecuniae, cuius dies iam venit, denegari haud poſſe: facile quoque rationes refutari poſſunt, quibus aduersarii ſententiam ſuam corroborant. CARPZOVIUS credito- rem, qui pecuniam hanc ante lapſum diei haud exigit, eam in mutuum mutare voluſſe praefumit et ideo illi priuilegium denegat; ſed quo quæſo paſto ita argumentari licet? RICH- TERVS impotentibus et non negligentibus ſaltē iura ſubueniretque vnicuique ſuam nocere moram tradit; ſed creditorem, hoc caſu negligentiae poſſe adcuſari eique tribui poſſe moram, haud demontrat ac ſimil in errore verſatur, quod ſaltē im- potentibus iura ſubuenire existimat. Reliqui inrisconsuli, qui in CARPZOVII ac RICHTERI ſententiam diſcedunt, eorumdem quoque argumentis utuntur et ſolum praefidium nouum pe- tunt ex verbis nouae decisionis Saxonicae x): verum enim ve-

ro

<sup>t)</sup> confutat ac respōſiſ. claff. XIII. 7. et part. I. conf. 28.

num. VII. p. 977.

x) CARPZOV. part. III. conf.

u) proc. Saxon. ord. tit. XLIL §. 21. def. 3. fqq.

ro ille ius debitoris, vñras morae petendi tangit. Tribuit illud ipsi legumlator, saluo priuilegio, si debitor in mora sit constitutus hocque nomine periudicem interpellatus ac conuentus; ex his vero haud sequitur, vt interpellatio quoque iudicialiter post lapsum termini facta esse debuerit, si ipsam tantum pecuniam prima in classe petat. Valet quoque haec lex solum in terris, electoris Saxonis imperio subiectis, ideoque haud quidquam ex ea colligendum est, quod ius commune de priuilegio hoc constituat. Eo quum accedat, quod omnes hos peritisimulos viros hunc in errorem traxerit distinctio, quac facienda est in hereditate mobiliari mariti inter terminos pecuniae hereditariae, quorum dies iam venit, quorumque dies adhuc expectatur; sed haud extendi debet nostrum ad priuilegium, iure meritoque cum ipso senatu, qui Dresdae floret, prouocationum <sup>z)</sup> statuo, haud interesse, vtrum dies pecuniae hereditariae iam venerit; nec ne; neque opus esse creditori, vt interpellationem debitoris factam esse demonstrat; sed omni tempore hoc priuilegio suo vii ipsi licere.

## §. XX.

QVEMADMODVM priuilegium pecuniae hereditariae haud extinguitur, si dies ante ortum concursum venit; ita nec priuatur priuilegio coheres per venditionem rei immobilis hereditariae, de qua est soluenda, inter eius debitorem aliumque coheredem factam. Supra quidem traditum est, perire priuilegium, si debitor rem extraneo vendat, quum aduersus tertium agere nequit; in debitoris bonis vero haec res haud amplius existat. Requirit quoque eius natura diuisionem rerum hereditiarum, ea ratione, vt, si per venditionem res hereditaria vnum ad coheredem transit, pretium, quod solvere debet, pro pecunia hereditaria haud sit reputandum; vbi vero diuisio semel est facta ac per eam creditor ius exigendi pecuniam hereditariam vna cum priuilegio sortitus est, debitori

<sup>z)</sup> teste HORNIO, loc. excitat.

tori sine dubio in locum suum substituere alium coheredem, qui ab ipso praedium hereditarium emat et simul pretium pro illo soluendum in se suscipiat; neque per id priuilegium extinguitur. Ita vel minimum iudicarunt iurisconsulti Vitembergenses apud IO. BALTH. WERNHERVM<sup>y</sup>.

## §. XXI.

**RESTAT**, ut vsum huius priuilegii forensem demonstremus, hancque in rem necesse est, ut provincias Germaniae sedulo distinguamus. Sunt quaedam, in quibus priuilegium pecuniae hereditariae publice est adprobatum. Nomina, mus inter eas ante omnia regiones, quae Saxoniae ducibus, ex Albertina aequa ac Ernestina stirpe oriundis, sunt subiectae hocque nomine prouocamus ad id, quod in ordinatione iudicaria ELECTORALI<sup>z</sup>), ISENACENSI<sup>a</sup>), GOTTHANA<sup>b</sup> atque ALTENBVRGENSI<sup>c</sup>) est cautum. Adprobant quod de pecuniae hereditariae indole eiusque priuilegio tradidimus, quad maximam partem; singularia tamen praecpta, quae fount, haec sunt, quod secundum ISENACENSEM ac GOTTHANAM veterem ordinationem interpellatio debitoris facta esse debuerit a creditore, qui priuilegio vti velit, si dies eius ante ortum concursum venit: in ducatu ALTENBVRGENSI usuratum stipulatio priuilegium, si creditor pecuniam hanc iudici indicavit ac notitiam eius in actis publicis litteris consignandam curauit, haud tollit: secundum ordinationem processus GOTTHANAM recentiorem summa pecuniae iudici quoque simpliciter significanda sit, ut illam in commentariis suis adnotet ac denique

F

iuxta

<sup>a)</sup> tom. III. part. II. obs. 489. p. 351.

<sup>b)</sup> ord. proc. Ernesti pii, part. I. cap. 18. §. 7. et ord. Serenissim. Ernesti II. quae nuper est vulgata, pars. I. cap. 37. art. 4. p. 210.

<sup>z)</sup> ord. proc. Sax. ver. et recogn. tit. XLIII. §. 7.

<sup>a)</sup> Eisenach. Gerichtes und Execut. ordn. tit. XXVIII. §. 7.

<sup>c)</sup> ord. recogn. Altenburg, part. I. cap. 37. §. 13. p. 239.

iuxta ordinationem ELECTORALEM recentiorem referatio hypothecae ac dominii coram iudice facta accedere debeat. Eadem ratione in terris SCHWARZBURGICIS <sup>d)</sup> priuilegium hoc floret; neque minus quondam vel minimum obtinuit in ducatu MAGDEBURGICOE); ea tamen ratione, vt id quoque extenderetur, ad id, quod unus coheres alteri pro rebus mobilibus; vel nominibus ipsi ad signatis soluere deberet. Ordinatio POMERANICA <sup>f)</sup> etiam priuilegium, a nobis expositum creditori pecuniae tribuit; aliarum vero terrarum Germanicarum leges illud silentio praeterireunt. Libenter id concedimus; ex hoc autem silentio haud argumentamur, nec ipsis in prouinciis priuilegium nostrum valere, quum plura principia iuris patrii hodie, vti supra est monstratum, in locatione creditorum, quae non semper legibus; sed consuetudine sustinentur et vel minimum priuilegium memoratum ad id, quod iure communi inter creditores concurrentes obtinet, referunt IO. BRUNNEMANNVS <sup>g)</sup>, IAC. FRID. LUDOVICI <sup>h)</sup> ac DAV. GEORG. STRUBEN <sup>i)</sup>.

<sup>d)</sup> part. IIII tit. II. §. 7.

<sup>e)</sup> Fürstl. Magdeburgische Proces-  
ordn. cap. 50.

<sup>f)</sup> classificat. Pomeran. p. 4.

<sup>g)</sup> de concursu credit. cap. IV. §.

<sup>h)</sup> loc. laud.

<sup>i)</sup> in den rechtlichen Bedenken,  
tom. IV. p. 273.



CON-

CONSULTISSIMO ATQUE AMPLISSIMO VIRO  
**HENR. ANASTAS. OTTON. MVNDIO**  
 CIVITATIS BRVNSVICENSIS CONSULI  
 DIRIGENTI MERITISSIMO  
 S. D. P.  
**CAROL. FRID. WALCHIVS.**

**N**ON possum; quin publice **TIBI** gratuler de celebritate cra-  
 stini diei, quo in publicum prodibit optimus filius **TVVS** ac,  
 certamine sollemini cum litteratissimis viris commisso, parti-  
 cipem se reddet honorum summorum, a iurisconsultorum  
 ordine ipsi decretorum. Persoluimus per id ipsi praemium  
 virtutis atque industriae, qui per tempus illud, quod nostra  
 in academia consumfit, probris moribus discendique cupidi-  
 tate omnibus, quos adit, sese commendauit; **TV** vero,  
**VIR CONSULTISSIME**, percipis iam fructus laudabilis illius cu-  
 rae, quam in liberali eius educatione posuisti ac rara vteris fe-  
 licitate, quam multi parentum attingere nequeunt. Deum  
 immortalem precor, vt illum **TIBI** conseruet: omnia, quae sit  
 molitorius, fauste, feliciter fortunateque euenire iubeat atque  
 efficiat, vt habeas aliquando in illo senectutis solatium et oblecta-  
 mentum; **TE** vero saluum ac incolumentem per longam anno-  
 rum seriem praestet: omnia funesta omnia abs **TE** auertat et  
 quicquid in rei publicae, de qua optime iam meritus es, sus-  
 cipis, fortunet. Vale, meque fauore **two**, quo mihi nihil iu-  
 cundius est atque acceptius, prossequi perge. Ienae, d. **xiii.**  
 Octobr. anno post reparatam salutem **c*icio*c*cc*LXXVI.**

F 3

VIRO

CLARISSIMO DOCTORANDO  
S. D. P.  
D. HENR. GODOFR. SCHEIDEMANTEL. P. P. O.

**H**os auspicato quos Themis obtulit  
Summos honores nunc Tibi gratulor.  
Sic splendeas saluus, precorque  
Ex animo bona fata porro.  
Tandem puellam diuitem, amabilem  
Adiungat opto, castus Hymen Tibi,  
Quae misceat curis paternis  
Gaudia mille, iocosque mille.

VIRO  
AMPLISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO  
IOANNI HENRICO MUNDIO  
AMICO AESTVMATISSIMO  
M. FRIDERICVS AVGVSTVS WIDEVRG,  
BRUNOVICENSES

**Q**uam TECVM, AMICISSIME MUNDI, Helmstadii auspi-  
catus sum, Ienae redintegratai, arctior, vt inter commilitones,  
quibus communis patria est, esse solet, amicitia et consuetudo,  
iubet, vi hodie ante alios omnes ego potissimum TIBI gratuler.  
Gratulor vero non honores solum, qui in TE conferuntur, sed  
maxime etiam, quod tantis honoribus ornatus, hoc ipso die re-  
ditum paras in patriam dulcissimam. Optime enim sentio, quam  
blanda hinc TE cuperit voluptas, quam laeta certissime expectan-  
da

da sint facta. Properast ad optimum Patrem, TVIS iam honoribus laetantem, ad dulcissimos amicorum TVORVM, partim et meorum, amplexus, in terras denique felicissimas, vbi CAROLVS et, qui futuri quoque temporis spem facit laetissimam, MAGNVS CAROLI FILIVS, bonos ciues amant et, qui virtute et doctrina excellunt, numquam non iustis et amplissimis praemiis adficiunt. — Erunt et TVAE eruditioni ac TVIS, quae iam polliceris, in usus publicos meritis praemia splendissima, — abi ergo, iisque per longam vitae spatium vtere sospes atque incolumis. — Me, quem iam solum omnibusque ciuibus nunc primo orbatum, relinquis, ita ama, vt amicitiae perpetua continuatio, consuetudinis desiderium quodammodo leniat. Vale. Dab. Ienae pridie Iduum Octobr. a. r. f. CCCCCLXXVI.

## VIRO

CONSULTISSIMO AC DOCTISSIMO

DOMINO M V N D I O  
IVRIVM DOCTORANDO DIGNISSIMO  
AMICO SVO HONORATISSIMO

S. F. D.

CAROLVS ANTONIVS FRIDERICVS A WVRMB,  
SERENISSIMI PRINCIPIS SCHWARTZBURGO' RUDOLSTADIENSIS  
E NOBILIBVS AVLICIS  
SOCIETATIS LATINAЕ IENENSIS MEMBRVM HONORARIUM.

**O**fficii pariter atque humanitatis ratio a me requirit, vt TIBI viro consultissimo, non solum verbis, sed etiam scriptis declarem, quanti TE faciam, mearum quidem partium esse autumn, TE laudibus extollere, nisi TVAM cognitam haberem modestiam, conditionis TVAE insigne ornamen-  
tum. Hanc igitur ob causam, laudibus TE non effere, in maximis TV-  
RS laudibus positum esse puto. Quaecunque prosperrima ac fortunata, vt  
TIBI eueniant, ex animo opto. Ceterum, vt etiam in posterum me  
TVAE amicitiae commendatum habeas oro atque contendeo. Vale resque  
TVAS feliciter age, Dab. Ienae d. VIII. Octobr. ann. MDCCCLXVII.

MON



## MONSIEUR.

**V**ous m'aviez choisi pour un de vos opposants; c'est avec bien du plaisir, que j'accepte cet honneur; sur tout parceque je faisais par là l'occasion de vous pouvoir dire publiquement, combien je vous estime, et quel est mon attachement pour vous. Agréez donc MONSIEUR que je vous félicite sur les honneurs ausquels vous parvien dicy aujourd'hui, en prenant le bonnet de Docteur, et sur la victoire que vous remporterez infiniment suivie d'applaudissements vnaimes; des honneurs que vous avez merités depuis long temps par votre assiduité infatigable, et par votre érudition profonde. N'allez pas prendre ceci pour un compliment, car l'amitié que vous m'avez toujours portée, ne souffre pas la moindre dissimulation. Enfin, MONSIEUR, je ne suis que trop persuadé de vos talens, et de votre mérite, pour douter que vous n'en recueilliez tout le fruit possible, car l'érudition que vous avez acquise, ne manquera pas de vous ouvrir le chemin aux plus grands dignités. Au reste MONSIEUR continuez je vous en prie de m'honorer de votre amitié de mon coté, ce sera toujours pour moi la plus agreable occupation de vous prouver par des témoignages évidents, que je suis pour toute ma vie,

MONSIEUR,

VOTRE très humble serviteur et sincère ami  
B. G. H. HELLFELD.  
de Jena. Etud. en Droits.  
à Jena  
ce 8 d'Octobre 1776.

## MONSIEUR,

**V**oici, MONSIEUR, le jour où toute la savante Jene va applaudir à votre merite; comment pourrois-je me taire, moi, dont la cordiale amitié n'a désiré qu'une occasion d'éclater. Oui, MONSIEUR, je joins mes acclamations aux applaudissements des autres faisant les vœux les plus ardents à Dieu, que cette promotion vous serve d'entrée d'une fortune beaucoup plus brillante, jointe au bonheur les plus solide et le plus durable. Au reste, je Vous conjure, MONSIEUR, de me continuer Votre précieuse amitié et d'être persuadé que personne ne sera jamais plus sincèrement que moi.

MONSIEUR

VOTRE très humble et très obéissant serviteur  
C. G. STAMM  
Etudiant en Théologie  
de la Livonie.  
Jene  
le 9. d'Octobre 1776.

Jena, Diss., 1775-77

ULB Halle  
004 216 229

3



1078



B.I.G.

Farbkarte #13



DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> IN A<sup>V</sup>G<sup>V</sup>RALIS  
DE  
PRIVILEGIO  
PECVNIAE HEREDITARIAE  
CREDITORVM IN CONCVRSV

QVAM  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO DVCE AC DOMINO  
DOMINO  
**CAROLO AVGVSTO**  
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM ANGARIAE  
ET GVESTPHALIAE, REL.  
EX DECRETO ILL. IVRISCONSULTORVM ORDINIS  
P R A E S I D E  
**CAROLO FRIDERICO WALCHIO**

IVR. DOCT. AC NOV. PROF. PVBL. ORD. SERENISS.  
DVC. GOTHAN. ET ALTENBURG. CONSILIAN. AVLIC.  
CVR. PROVINC. SAXON. COMMVN. AC IVRECONS. ORDI-  
NIS ADSESS. SCABINOR. COLL. SENIORE SOCIET. LAT.  
IENENSIS EPHORO ET FLORENTINAE COLVMBARIAE  
DVISB. AC BREMENS. LITTER. COLLEGA

PRO  
IVRIVM DOCTORIS DIGNITATE  
D. XIV. OCT. C<sup>I</sup>I<sup>I</sup>I<sup>I</sup>CCLXXVI.  
PVBLICAE ERUDITORVM DISQVISITIONI  
SUBMITTIT AVCTOR  
**IO. HENRIC. MVNDIVS**  
BRUNOVICENSES.

I EN AE  
EX OFFICINA STRAVSSIL.